

*Rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit vobis.*

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 14, 15-21

In illo témpore: Dixit Iesus discípuis suis:

- <sup>15</sup> «Si dilígitis me,  
mandáta mea servábitis;  
<sup>16</sup> et ego rogábo Patrem,  
et álium Paráclitum dabit vobis,  
ut máneat vobíscum in ætérnum,  
<sup>17</sup> Spíritum veritátis,  
quem mundus non potest accípere,  
quia non videt eum nec cognóscit.  
Vos cognóscitis eum,  
quia apud vos manet;  
et in vobis erit.  
<sup>18</sup> Non relínquam vos órphanos,  
vénió ad vos.  
<sup>19</sup> Adhuc módicum,  
et mundus me iam non videt;  
vos autem vidétis me,  
quia ego vivo et vos vivétis.  
<sup>20</sup> In illo die vos cognoscétis  
quia ego sum in Patre meo,  
et vos in me et ego in vobis.  
<sup>21</sup> Qui habet mandáta mea et servat ea,  
ille est qui díligit me;  
qui autem díligit me,  
diligétur a Patre meo,  
et ego díligam eum et manifestábo ei meípsum».

Verbum Dómini.